



Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

Iesu Christi Annus. M.DC.XIX. Sancti Patris Benedicti. M.C.XXXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

strato, perita quamprimum scala, parietes nudavit, & lecti ornatum omnem procul amolita est, ipsa mox speculum se probans omnis perfectionis.

Ex Vita per Jacobum Ferrage, &c.

Ven. Martinus Abbas.

Virginatus clausus clausus.

Superstes etiamnum hoc anno (incertum nobis quando extinctus) summae Sanctimoniae vir Martinus Abbas Monasterij Barac in Aegypto, B. Joannis, de quo supra, successor, admirabili vitae sanctitate omnium virtutum splendore emicuit, magnis à Numinis miraculis commendatus, quæ inter occasionem nauctus Fidei Christianæ asscrendæ in oculis infidelium Turcarum, pisces ad ignem assatos, suis ad Deum fusis precibus vitæ restituit.

Ex Constant. Caeciano, &c. Marchesio, &c.
Ut nunquam satis, tanto post, & quidem inter juratissimos Christi hostes Dei gratiam in Benedicto Redivivo admiremur & celebremus.

I E S U C H R I S T I A N N U S . M . D C . X I X .
S a n c t i P a t r i s B e n e d i c t i . M . C . X X X I X .

Congregationis Calvariae irremissum factum servorum studium.

Patria pal- sim Brunen- tur Cano- bia.

NE C U M V I T A extinctam putas Nostrarum Calvariae Monialium sublimiorem vitæ rationem, & conceptum semel, concitante Antonietta nostra Aurelianensi, sanctioris propositi fervorem, audiamus Religiosissimum vitæ Scriptorem: *Ubi primum è viri excessit (Antonietta) indumentum cœlitum insuetum animabus robur experte dilectissima filia, quo adversus quoque insultus, incredibiliter firmabantur, inchoatam & prescriptam à p̄fissimā parente vite senioris rationem, & maximè jacta Congregationis, in Humilitate, Patientia, Obedientia, Penitentia, arduisque quibusunque Virtutibus fundamenta, invitus omnibus, Deo opitulante, inconcluso studio prosequiture, ut vel hinc jure dicendum videatur, Antoniettam Phænicem esse imitata, quæ etiam post funus, immo ex funere maior sit, &c.* Certe excrevit quam primum longè latèque sanctissimum hoc Institutum, quod Regi, Reginæ, cunctisque Regni procurribus tantopere arrisit, ut multa quam primum in nobilissimis quibusque Urbibus pro ipsdem Monialibus Monasteria construerentur, & ipsa Regis Mater, ut easdem semper secum habere posset, in ipso suo splendifissimo Palatio, quod ipsa sibi Regio apparatu immensis impensis, in ipsa Urbe Re-

gia Parisiensi Regio apparatu construi fecerat, etiam ipsis Calvariensibus Monialibus, Magnificum Cenobium & ædificari, & dignâ se magnificentâ dotari curaverit. *Ex prefato Scripto*

In satiable cœli ipsius erga illa sydera desiderium, quæ se digniora quam terris, certius & intimius novit, quam mortales spenderint, iterum novam stellam terris eripit, ut pro dignitate collocet. Fuit haec Gabriela ab Herya,

V. Gabriela ab Herya,

S. Petri Remensis Virginum Monasterij Monialis absolutissima perfectio- nis. Haec observantæ Regularis & columnæ & spirans effigies per totam vitam effulgit, per undecim annos, quibus Majoris Priorissæ munus & partes dexterim explevit, semel duntaxat Maturinis [quorum ut plurimum ipsa signum dabant] quæque tunc hora noctis duodecima cantabantur, incertum qua ex causa, sufficiente tamen procul dubio, defuit; ita Choro & Di-

vinis laudibus affixa, ut templi columnæ ab omnibus diceretur, nec addicta minus, orationi, solitudini & silentio, continuo vacabat. Denique nihil Gabriela demissus, omnibus non superfluis modo, sed ipsis prorsus necessarijs, Deo solo contenta, carebat; ea nihilominus in omnes charitate, ut omnia omnibus esset, vera pauperum, & miserorum Mater ac Portus, omnibus amantissimæ pietatis viscera, tanto studio pandens, ut abstinentia Gabrielæ facta sit quotidiana pauperum refectione, parte sola jucundi sibi servata, cætera omnia in egenorum conferret subsidiū, maximè Sacerdotum Anglorum, qui tunc propter fidem exulabant. Haec inops planè in terris nisi Virtutum omnium opibus & dotibus abundans & locuples, ad cælestes possidendos thesauros hoc anno ad cœlos evocata, terrena deseruit, ut summo Bono illic frueretur. *Ex monim. Canobi S. Petri Remensis, Amando Tribout, &c.*

In Hispanijs eniter magna perfectionis integratæ Reverendus Pater F. Placidus de Luzuriaga Monachus & Abbas Ferrarensis laudatissimi è sanctitate Religiosorum Cenobij, qui cum triginta, & amplius, annis, tam huic, quam alijs Cenobij sanctissimè præfuerit, mortem suam Divinitus prævidens, & Monachis prædicens, tandem ad extrema devenit, conspecto que

Moritur in
occursum co-
litum.

Legatus ad
Rom. Pont.
Arachiel
Abbas.

Nostitorum
in Armenia
Rigor.

Tertiarii
Ordinis S.
P. N. Be-
nedicti.

Ven. Ca-
tharina
cognomi-
to Poeta.

que San̄to Roberto, cui pr̄e ceteris
cœlitibus devotior, an similius erat;
cum alijs Ordinis Sanctis ē cœlo sibi
occurentibus atque adstantibus, dul-
citer canens, felicem efflavit animam,
cum sacrum corpus, post aliquot annos ab obitu, incorruptum, & coele-
stem aspirans odoris fragrantiam, re-
pertum est. *Eius obitus dies ad sextum*
Iudicium Novembri in Calendarijs seu Me-
nologio nostro habetur & in Chrysost. Hen-
riquez.

Romam occurrit hoc anno insig-
nis quidam nostri Ordinis ex Perside
Præsul nomine Arachiel Beglierius,
Abbas S. Stephani Ordinis S.P.N. Be-
nedicti prope Urbem Spaanensem.,
Patriarchæ Armenij Hierosolymitanæ
ad Sedem Apostolicam Legatus, qui
multa & mira de Ordine nostro etiam-
num per utramque diffuso Armeniam
retulit, & de strictissima eorumdem
disciplina, ut qui non à carnis solum
perpetuo abstineant, sed à piseibus in
Quadragesima ipsa, solis leguminibus,
herbis, pane, sale & aqua contenti,
nunquam vinum nisi in SS. Sacrificio
gustantes. Ex his suo tempore ejus
nationis Armenæ nobilissimi feligur-
turi Patriarchæ Hierosolymitanæ, ē quibus
superioribus annis fuere: Andreas
qui 40. annis, David qui 60. & Gre-
gorius qui hoc anno 1619. vicesimum
rigimus annum tenuit. *Ex Marchesio*
Cajet.

Claret hoc ipso tempore, aliud quo-
que institutum sub Regula & Directio-
ne Patrum Benedictinorum, Tertiari-
orum & Tertiatarum, sive tertij Or-
dinis S. P. N. BENEDICTI, ēquo hoc
ipso anno cœlis immigrat Venerabilis
Soror Catharina cognomento Poëta,
admirabili prorsus sanctitate mulier,
qua anno Christi 1575. in Sicilia prope
Montem Regalem nata, Nicolao Poë-
ta patre, matre Cassandra Testavirdia,
puellula etiam, magna semper futura
sanctitatis signa edidit. Hæc cum in
festo S. Catharinæ Virg. & Mart. in Ca-
thedrali Ecclesia dicti Montis oraret,
Rosarium, pro statu vita eligendo,
Christum in Throno magnifico intue-
tur, ipsique fornacem ardentem digi-
to indigitantem, & comminantem, si
delicias sequi velit, fore autem gratam
sibi sponsam, si Vitam Religiosam vi-
vere velit, proin regressa plena lachry-

marum, Virginitatem servare statuit,
& se tercio Ordini S. P. BENEDICTI de-
vovere; passa parentes proposito plu-
rimum adversantes, donec denique sua
constantia triumpharet. Fui vita per
omnia sanctissima, cujus acta Venetijs
ad S. Nicolai accepimus & perdidisse
lamentamur, omnia ex informatione
solemnum testium petita.

In Gallias revertimur, quā nulla
fertilior nostrā & superā ætate est &
fuit Sanctorum & Beatorum. Ex his
purpuræ cœlestis gloria exsplendescit,
& palmae triumphalis honore Beatus
Joannes Prior. Chaliensis, Gloriosus
Christi Martyr. De hoc, sic breviter
Seguinus. Sanctus Joannes, cognomen-
to de Gornayo, Chalifij Prior, vir fa-
nè fuit, morum integritate eximus,
eruditione clarus, Regularis discipli-
nae parens, atque vitiorum osor acer-
rimus. Huic postquam renunciatum
est de quodam fratre Converso, scan-
dalum grave in quodam agro Mona-
sterij commisisse; ille saluti gregis pror-
ius addictus, juxta Divi Benedicti Le-
gislatoris censuram, & Sanctorum Pa-
trum Decreta, tam grande piaculum
digna, animadversione, vindicavit.

V. Joannes
Prior Cha-
lienfis.

Glorioso
Martyrio
conju-
matur.

Quod ægrè ferens fœcifissimus ille
Pseudo-Conversus, gladio insigni ar-
repto, quem ueste abdiderat, sanctum
virum aggreditur, ejusque crura om-
nibus palam præscindit. Fratres ve-
ro qui circumstabant, videntes homi-
nem innocentem lethali vulnere sau-
ciatum, mox moritum, ceperunt
mōrōre affici. Ubique clamor, ubi-
que luctus ingens, &c. audiebatur. Jo-
annes autem auribus percipiens luctu-
osissimum filiorum clamorem; Nequa-
quam, inquit, ô filij contristemini, ego
enam hec libens pro Christi nomine fero
tormenta; cum mihi ista non modo mole-
sta, sed etiam deliōtorum meorum sint pur-
gatio. Parcite ergo huic quæsō, parcite,
inquam, ego enim huic indulgeo. Instan-
te jam omnino morte hunc sibi Psal-
mum recitandum, qui est numero tri-
gesimus, sumpsit: *In Te Domine spera-
vi, &c. dictoque versu: in manus tuas
commendo Spiritum meum;* hunc in ma-
nus Creatoris reddidit.

Jpslo anno, admirandæ Virtutis Joannes
fama excellit & prædicatur in inferio-
re Germania Joannes Malderus, ex Episc. An-
Abbate S. MARIAE de loco S. Bernar-
turop.

D d di,

di, sacrae Cisterciensis Congregationis nostræ, Antuerpiensem, Episcopus. De quo Henriquezus in Abbatibus Cæ nobij eisdem. Hic nihil sibi antiquius duxit, quæ disciplinam restaurare Monasticam, veteresque sanctæ Reformationis praxes & consuetudines reintroducere & practicare. Ut enim piissimus fuit Prælatus, nihil illi magis in Votis, quæ exemplis & scriptis aurea primi Christianismi tempora reducere, ut jure optimo primis Reformationis tam sanctæ Patribus aequiparari debeat, &c. De laudibus ejusdem Reverendissimi Episcopi, nec ingenti quidem volumine satis, quantumvis præcisè & obiter ejus res egestie gestas, concinnare, & ad compendium cogere conaremur. *Ex citatis.*

IESU CHRISTI ANNUS M.DC.XX.

Sancti Patris Benedicti. M.C.XL.

F. Antoni-
nus de Pan-
homo
Conversus.

Filius Conversus in Monasterio Regali.

Deipara
devotissi-
mum.

Evehitur ex infimis ad sublimia, ab illo qui suscitans à terra inopem, de stercore elevat pauperem, & inter splendidissima Empyrei coeli collocatur astra, sanctæ memoriae Frater Antoninus de Panhomo, Italus, Cathedralis Monasterij Ordinis nostri humiliis Frater Conversus. Hic Genuensis patria, haud procul Genua in Castello Taglia, honestis, sed pauperibus natus parentibus, Joannis in Baptismate nomen accepit. Educatus in omni pietate, rei & arti Hortensi postea adhibitus, profectusque in Sicilianam apud diversos Proceres Horulatum valde industrium egit, seque & pietate & sedulitate, omnibus quibus inservijs Dominis, summopere probavit. Postea in notitiam R. P. Domini Michaelis de Montreal, Monachi Cathedralis Montis Regalis, & Decani ibidem ac Cellarij, hominis sanctæ vitæ, veniens, gratus admodum illi, ob perspectissimam innocentiam, & vitæ puritatem fuit, qui & hortum, Claustræ, ut vocant, ipsi curandum dedit, & cupientem admitti inter Fratres Conversos, promovit; quo etiam in statu duos & viginti annos, ad obtum usque perseverans, Fratris Antonini nomen in Professione accepit. Fuit semper cum apud suos, tunc exteros, fama celeber & nomine sanctitatis, Deiparam Virginem mira devotione coluit, cuius imaginem in Ecclesia Majore seu Cathedrali Monasterio contigua, dies ac noctes, singulari studio affectuque veneratus est, efficitque ut celebris deinceps magno in cultu haberetur. Unde Vice-Rex Siciliae Marchio de Villena atque alij Proceres, ad ejusdem instantiam, statuam eamdem splendidè vestierunt, & argenteas ad eam lampades suspenderunt, durante usque hodie multa omnium devotione atque Veneratione. Solitus autem semper est Antoninus, vespere ad Tutelaris suæ effigiem lampades accendere, & tum ad usque pulsum *Ave MARIA* vespertinum, illic fæse prosternere, & Dominam suam toto corde venerari. Inde pro sua corporis necessitate, parum cibi sumere, & duas horas domesticis curis & negotijs sedulo intendere. Postea in Capitulo, ante altare S. Placidi Martyris se in rapete sternebat, usque ad horam circiter sextam. Mox consurgens, per Ecclesiam ad altaria faciens orationem, continuabat id studij ad usque Missam primam, cui ipse semper aderat, & sacerdoti sacris operanti devotissime inserviebat. Exinde Hortulanum strenuum agens, ad prandium usque laborabat. Fuit ipfi jejunium perpetuum & quotidianum; ad nudam carnem alperum cilicum, flagellatio frequens, ita ut terram suo sanguine balnearer, inter sacra exercitia pectus gravi lapide tundebat. Erat simplici omnino ingenio, summatamen & mira se prodente prudentia, dum de rebus Divinis & sacris loqueretur: magni ob id ipsum à magnis, & viris etiam Principibus factus, ob quod ipsum, à suo quodam Superiori, subverente nequid ambitionis lateret, & simulationis, inclemens habitus, ulcisciente graviter à morte Numine servi sui injurias, cum Superior ille in Purificibus flammis lueret, & visus cuidam Religioso, à F. Antonino suffragia orationis enixe peteret, ab hoc injuriarum omnium immemore, ultra & sponte omnia condonante, Numini quamprimum reconciliatus. Profuit multis sua exhortatione, etiam à magnis Principibus in rebus magni momenti pro consilio vel auxilio exoratus, coram quo genuflexus sæpe Siciliae Prorex (non sine magna repugnantia sancti & humilis Fratris) ipsum audire